



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab Anno Christi 1248. Usque Ad Annum 1276

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1765

VD18 90118243

§.22. Papa in declarando Imperatore Romano identidem tergiversatur.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66255](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-66255)

Sæcul. XIII.
A. C. 1263.

p. 823.

c. 2.

c. 6.

c. 1. 7.

non cohibet, illos pœna temporalis coërceat, oportet. Quapropter volumus, ut Barones cæterique, qui jurisdictionem profanam habent, per censuram ecclesiasticam cogantur proscriptos ad repetendum Ecclesiæ sinum ipsorum bona suæ potestati subjecta occupando vel alia ratione compellere. Alterum Concilium hoc anno 1263 convocatum præcipit, ut is, qui anathema per anni spatium toleraverit, hæreticus censeatur ac denunciatur: id quod eo spectabat, ut ille pœnis temporalibus per leges contra hæreticos statutis addicatur. Mandat etiam, ut quivis Parochus chartam teneat proscriptorum nomina continentem, ex qua eos denunciare possit, prout ipsi Judex injunxerit. Adhæc imperat, ut ne in mortis quidem articulo quisquam censuris exsolutus credatur, nisi de absolutione illius per litteras Judicis, qui ei censuram irrogavit, constet.

§. XXII.

Papa in declarando Imperatore Romano identidem tergiversatur.

Imperium Germaniæ etiamnum vacabat ab obitu Friderici, nempe amplius annis duodecim: & duo competitores, Alphon-

phonsus Castellæ Rex ac Richardus Cornubiæ Comes urgebant Papam, ut sententiam ferret, utrius electio esset potior. *Sæcul. XIII. A. C. 1263.*
 Cum Archiepiscopus Moguntinus exeunte anno priore comitia Electoribus indixisset ad ineunda rursus suffragia, quidam Conradinum, seu Conradum adolescentulum Imperatoris Friderici nepotem cogitabant eligere. Sed Papa per Regem Bohemiæ rem edoctus inhibitionem, *Rayn. 1262. n. 5.*
 ne Conradinus cooptaretur, sex abhinc annis ab Alexandro IV. factam repetiit, alioquin electionem fore irritam, ac Electores proscriptum iri asserens. *Sup. lib. 84. §. 28.* Scribebat *Rayn. 1263. n. 38.*
 3 Junii 1262.

Hoc anno 1263 Rex Alphonfus imperatoriae coronæ obtinendæ cupidus se denuo Papæ hunc in finem magnopere commendabat. Sed Urbanus, antequam causam penitus dijudicaret, partibus titulos assignaturus, auditis earum rationibus 7 Augusti diploma edidit, quo declarat se statuisse, utrumque in litteris suis electum Romanorum Regem appellare salvis amborum juribus. Scilicet Alexandri antecessoris sui exemplo hanc magnam litem per transactionem partium dirimi cupiebat. *n. 40.*
 Verum hanc diu oppertus, cum eas adduxisset, ut Ecclesiæ Romanæ iudicio rem permitterent, per Nuncios eis significavit, ut anno sequente *n. 48.*
n. 51. 52.

Dd 4 quente

Sæcul. XIII. quente 1264. secundo Maji coram ipso comparerent: sicut docent ejus literæ Urbe Veteri ultimo Augusti anno 1263 datæ: annoque proximo rursus id distulit in anni futuri diem S. Andreæ sacram. Sed vitam usque eo non produxit.

A. C. 1263.

Id. 1264. n. 37

§. XXIII.

Acta contra Manfredum.

Rayn. 65.
Anon. Sic.
p. 859.

In Italia Manfredus magnis identidem virium incrementis auctus, adjunctis sibi Senensibus, Pisanis, & maxima He- truriæ parte, in ipsam Marchiam Anco- nitanam aliasque status Ecclesiastici ter- ras procedebat. Igitur Papa non diu- tius ei parcendum ratus, primum die Cœ- næ Domini, 29 Martii coram multitudine hominum (ut cunctis ex gentibus Christiani solenni hoc die ad sanctam Sedem adesse solent) illum ad dicendam causam advenire jussit, & tabulas hoc imperium continentes portis templorum Urbis Veteris, ubi residebat, affigi voluit. Ibi Manfredo primum Augusti præstituit, quo per se ipsum, aut per procuratorem compareret Apostolicæ Sedi satisfacturus pro multis rebus, scilicet pro Ariana urbe suo jussu per Saracenos funditus e- versa; pro necatis tribus viris nobilibus, pluribusque aliis; pro contemptis censu- ris